cum non liberis, ea ipsa re dominicae potestati domini praediorum subiiciuntur;
istoque matrimonio procreati nullo discrimine sequuntur parentum conditionem.
In huius generis contrahendo matrimonio si qua obuersata est ignorantia indubitate
tum libere nati parentes ipsi quidem libertatis imminutionem non patiuntur; sed
filiorum tamen libertas redimenda est pecunia. Si quis est, qui sponte et ulro
velit libertate decedere, is consensum suum expressis verbis declarare debet, intercedente plerisque solemni instrumento
(*Ergabebrief*), quo singulae pacti eius conditiones accurate consignantur *m*). Ipsorum legum praecepto glebae adscribitur, si quis ea agit, in quibus agendis tacitus consensus lege supponitur, et dominus praescriptione acquirit potestatem dominicam. Ad hoc genus pertinet, si quis annum integrum iis locis versatus est, ubi aer, va
aiunt leges, homines proprios facit: quae mira

l) Huc pertinet paroemia: das Kind folgt der ärgern Hand s. dem Biesen: cf. G. L. BÖHMER de impari matrimonio.

m) F. A. HOMMEL de seruituris per pactum constitutio
nem. Lips. 1736. 4. CARRACH de additione in
seruitutem spontanea. Halae 1753. 4.

nira consuetudo paucis in Germaniae locis
adhuc obtinet ⁿ⁾: tum si quis non fecus ac
glebae adscriptus fundum *decem* annos pos-
edit, omnesque operas ei inhaerentes
praestitit, etiam personales obligationes ob-
seruans e. g. iuramentum, quibus id locis
adhuc valet, adsertionis; nisi quam aliam
professionis rationem afferre potest; deni-
que si quis cum suis per *triginta* annos vi-
tatas alicubi operas easdem cum glebae ad-
scriptis praestitit, omnibusque eorum offi-
cios satisfecit.

§. 7.

Extinguitur obligatio glebae adscriptio-
rum primo quidem manumissione volunta-
ria, deinde etiam immediato missu legis,
cum ex parte glebae adscripti praescriptione
acquisitiua. *Manumissio* plerumque fit pro
expensa pecunia (*Lösegeld*) definita inter-
dum ipsa loci consuetudine, plerumque
vero arbitraria. Totus actus instrumento
plerumque perscribitur, quam chartam di-
cunt ingenuitatis (*Laßbrief*). *Manumis-
sus* si plane abit habitandi loco et nouum
vitae genus ingreditur, omnino et abso-
lute liber est, parique cum ceteris ciui-
bus iure. Sin remanens in praedio vietum
quaerit faciendo quaestu, ipse quidem liber
est,

ⁿ⁾ RICCIUS de praescriptione Germanica c. 16.

est, tenetur tamen operis, ex seruitute lib
reali temporaria oriundis o). Leges abolitam r
tionem dominicae potestatis iniungunt dominio i
mino vel *poenae* loco, vel pro *aequo lib* iundus
rationis pretio, ne glebae adscriptus prohibe re
beatur fortunis suis augendis. Prioris gerundica
neris causae sunt, si dominus coercendis
iure abusus est, progressus ad iniurias et
contumelias; si rustico, quem alere ipsello ec
non posset, veniam denegavit abeundi adomin
vitam alibi sustentandam; vel sine praedictice p
eum vendidit, permittit, dono alienauit p) annu
Pro certa pecunia nexu soluendi sunt glebae infra
adstricti, cum facultas iis suppetit, ab eo mittitur
loco sibi proprium fundum acquirendi; can qui ex
in urbe aliqua cooptari possunt in opificium
corpus; si se literarum studiis dederint;
publicum munus adepti sint, unde victum in
necessarium capiant; si filiae aliorum col
locentur. E contrario amittitur hoc be
neficium scelere aduersus dominum eius.
que libera
uiue

o) Hinc orti videntur *Lass* (*Lassbauren*), quorum vera
a propriis hominibus differentia eo continetur, ut
ipso quidem a praedio dicedere licet, neque te
men minus tenantur obligatione, quae ex praedi
possessione in se ducitur, e. g. domino locandi
opera ad certum annorum numerum.

p) Ita constitutum est in Prussia utraque, Lass
item superiore. Aliis in regionibus disciplina pu
blica magis conniuetur; unde exemplis constat
homines proprios hand fecus ac pecudes donanda
permutandoque tradi, vt adeo, ubi venditio ex
leuit, id solo vnu contigisse videatur.

uitne liberos admissos: nec locum tum habet,
abolitum rusticus definito tempore operam do-
t domino nondum reddidit: nec si, eo dimisso,
liberandus, ei assignatus, vacuus neglectus
prohibetur relinquere; nec si ei fundus vacuus
s generaliter proprius, aut in vniuersum oc-
cendit sibi eodem laboris genere parandi, quod
ipso loco fecuturus erat: denique si cum
ad dominum certet iudicio et lis adhuc sub iu-
dicio pendeat q). Manumissionum filii, qui
annum 14 nondum compleuerunt, et filiae
et glebae 12 annum, vna cum parentibus manu-
missione carent, soluto iusto pretio: hos annos
qui excederunt, in pristino nexu perma-
nent, domino addicti, nisi alia qua causa
intercedat, aut amica compositione res do-
ctum inter et parentes conueniat. **Prae-**
scriptio raro quidem apertis legum verbis
enumeratur in modis ac viis, quibus quis
liberari a seruitute reali posset: secundum
minuersam tamen iuris analogiam admitti
etiam

¶ Impedimenta haec, quae omnia in FRIDERICI M.
constitutione Prussiam orient. et occid. attinente,
libertatis causae tantopere fauente, reperiuntur,
ita profecto comparata sunt, ut non difficile do-
mino sit impedire manumissionem, quae ipsi discipli-
ceat. Eoque memorabili exemplo manifestum sit,
quam difficile sit imperantibus, ad istiusmodi cau-
fas praecipere, quod sit undique definitum, nec
possit callida interpretatione in contouersiam
vocari.

etiam hic et valere debet, in primis propterea, quod deficientis bona fidei praesumtio merito cedit fauori insigni causae libertatis: idque eo magis, quia, si redeundum sub dominicam potestatem esset ei, qui usus a praeescriptione se liberatum putaret, saepe dipisceret vniuersae familiae eius cum fortuna gravissime conflictandum foret. Itaque ut plurimum sumunt probantque, pro rerum conditione, elapsis annis 10, 20 ad summum 30, praescriptione ius profugo glebae adscripto acquiri, ne amplius vindicari possit: quamquam ex aliorum sententia 40 annorum tempus requiritur, si, quod posteriori praescriptione se tueri velit, eo nitatur detrectasse se in praedio operas, quas a dominus postulasset, aut extra praedium fe se vixisse liberum et ab aliis habitum est. In Holstia ad hanc praescriptionem neque bona fides neque iustus titulus requiritur, sed suffici maritatum 10, coelibem 30 annis in oppido vel in praefectura regia vienaxisse et habitasse liberum r). Oppida insuper quaedam hoc fruuntur commodo et iure, ut annuo ciuitatis vnu libertas perfornalis.

• J. Z. HARTMANN de praescriptione nunc decernali nunc Saxonica, homines proprios nobilium Slesvicensium ac Hollaticorum a potestate dominica liberaente. Kil. 1735. 4.

alnis comparetur s). Denique libertas tan-
quam manumissionē tacita impetratur, si
omnīus factū rustici permisit, quo nexus
triusque extinguitur t): v. c. si integrum
ius arbitrio fecit, vt in vrbe ius ciuitatis
saep̄ opificeretur, vt in collegium opificum
disciceretur, vt vitae sustentandae causa
tem liberalē exerceret.

§. 8.

Recte igitur, vt aliquādo rem vniuer-
sitatē ex perspectis iam et cognitis com-
petentia extamur, rusticos, quum et ipsi et eorum
qui soliti in praedio attributo viuere victum-
atu quo que quaerere in perpetuum cogantur, di-
cimus esse velut *accessionem* et *additamen-*
tim fundi; imperantium autem ius in eos,
quamdiu nexus ille integer persistat, con-
sequimur non esse maius, quam quod in
alia et res immobiles habent ius su-
mēmae inspectionis. Idem affirmant leges
hanc rem perspicuae maxime, ita qui-
em ut dubitatio amplius existere non pos-
sunt. Ita enim est in Priuilegiis Nobilibus

Pome-

¹⁾ Mindenae et Hamburgi tamen 10 anni, Bremae et
Osnabrigi 30 requiruntur.

²⁾ GERH. CHR. BASTINELLER progr. de tacitae
manumissionis priuilegio hominis proprii liberis
scientie domino opificium quoddam eligentibus aut
artes liberales discentibus competente. Witteb.

1739. 4.

Pomeraniae datis 1720: "Weilen auch ^{herris} _{an-mancip}
 „die Leibeigenen Unterthanen nicht
 „ders als ein *in den Güthern steckendes Crur y)*
 „*pital* anzusehen, und also felbige denen picuis
 „Eigenthümern und Possessoren der Güter neque
 „wider ihren Willen um so viel wenig sepius
 „entnommen werden können, als sie eben descriptis
 „die unentbehrlichsten Instrumente sind, wo andi
 „durch die Oeconomie und Cultur sowohl ^{ibus}
 „als die Abführung der publiques onerum ex temp
 „bestritten werden muss u)." His ^{cōtemp} pa
 forme dictum extat in *Mecklenburgischen* ^{ne co}
Landgrundgesetzlichen Erbvergleich §. 33 ⁴ ₄ ⁴
 "So wollen wir die Ritter- und Landschafft
 „bey ihrem landstittlichen *Eigenthumsrecht*
 „über ihre leibeigenen Guthsunterthanen
 „und deren inhabendes Ackerwerk und
 „Gehöfte unbeschweret lassen x)." Quib
 bus cum dictis planissime consentiunt tabu
 lae publicae, praediorum prisco medioque
 aeuo venditorum testes, in quibus ^{cum}
 ceteris

x) DE BALTHASAR P.I. c. 2. §. 8.

x) EGgers i. c. p. 28. ita dicens: "dass der Herr im
 „Mecklenburgischen freyliech ein wirkliches Eigent
 „uum an der Person seiner Unterthanen hat, der
 „gestalt, dass sie ihm, obgleich auf eine verhinder
 „dene und ihrer moralischen Persönlichkeit ange
 „messene Weife, dennoch nicht minder angeh
 „ren, als das Land, worauf sie wohnen." Indi
 etiam ortum putat *Proprietorum nomen*, valde ap
 positum, quo significetur, eos nec sui iuris esse
 nec sui corporis potentes.

autem rebus ad ea pertinentibus simul etiam
mancipia vendita aut donata memoran-
tur y); vicissim si qua retinerentur, per-
petuis verbis excipiuntur a venditione z).
Güter neque minus pluribus aliis legum pre-
ceptis institutisque patet, rusticos glebae
descriptos censeri verum esse pertinens
wo undi, quem colant, omninoque pares
vohlebus aestimari: cuiusmodi duo certe
erunt exempla afferre liceat. Nempe aëstimatione
comitem patiuntur, in vendendisque pro cuius-
schere conditione pretium vulgare vel ampli-
atur vel minuitur a): deinde dominus
contra

334) Sic legitur e.g. in *Chron. Fontanell.* apud d'ACHERY
specil. T. II. p. 270: "Largitus est manum in Ma-
,,gaciaco villa cum vineis et mancipliis;" in instru-
mento fundat. Com. WOLFOALDI de anno 799
apud CALMET Preuves de l'histoire de Lorraine
Tom. I. p. 264: "cum casis, domibus, aedificiis,
,,mancipiis, manis, campis, pratis, vineis, fil-
,,vis" etc.; in *donatione* de anno 884. apud EVN-
DEM I. c. p. 319: "Servientes vero ad easdem
,,res pertinentes, his nominibus Stephanus, Albo."
etc.

z) V. g. in Fundatione Abbat. Prum de A. 763. apud
CALMET l. c. p. 277, his verbis: "Cum appen-
,,dibus vel omni integritate sua, praeter aliquot
,,mancipa, his nominibus Widramno etc." —
,,Haec igitur mancipia ad nostrum opus retinui-
,,mus, in reliquo vero ipsam villam cum omni in-
,,tegritate sua ad ipsum sanctum locum tradimus
,,atque transfundimus."

c) In Pomerania olim 20 florenorum pretio ancillam
venisse aliquodies a se obseruatum meminit ME-

contra hominem suum proprium, cuius de
statu non est dubitatio, *actiones reales* ad
eum vindicandum instituit *ex petitorio at-*
que ex possessorio b).

§. 9

bae a
que e
de ill
de ill
beant
bus p
sunt
deo c
onalis
culta
conce
que i
tatis
morti

V L U S P. II. Dec. 231. n. 7; unde inferunt magis
lum iuuenem 40 florensis seu 20 imperialis et cum
actitudinam, cf. CARYZOV P. IV. Conf. 21 mano
def. 5. Ast cum pretium hominis vnu percipiatur
atque preia rerum, imprimis praediorum, ruficoru-
rum, valde sunt ampliata, vbique etiam preia fer-
tiorum ruficorum admodum crescent, ita
ruficrus iuuenis nonnunquam 100 et quod excede-
re possit, imprimis ad conficiendam fure-
mam appellabilem, teste Mavio P. I. Dec. 6.
cf. DE BALTHASAR P. I. c. 2. §. 9.

b) Datur Domino praeter rei vindicationem a) Inne-
dictum vii possidet: L. 3. §. 2. 3. D. vii possidet
LEYSER Ius Georgic. L. 3. c. 27. n. 83. b) Inter-
dictum vnde vi seu de vi et vi armata: L. 1. 1.
qui adscriptis intra membra terrae vocantur potest
atque adeo inter immobilia referuntur: L. 32. §. 1.
C. de Agric. et Censit. LEYSER I. c. n. 8. 1. culta
c) Remedium ex L. 14. C. de Agric. et Censit. quibus
quod contra fructu juris rationem in fauorem agricul-
turiae et odiu fugae constitutum purant, place-
b. f. possessori, tanquam spoliato, aduersus eos
qui necessitatim propriae conditionis declinare ten-
tarentur, celeri remedio succurratur et tunc denun-
cauia originis ac proprietatis agetur, quae in per-
tiorum differenda; quod etiam obtinet, hinc
homo proprii dignitatis gradum affectus fuerit.
BAUNNEMANN ad I. C. cit. LEYSER I. c.
d) Actio spoliii imprimis ex Can. 3. Redintegrando
Cap. 3. Quae. 1., quod remedium omnium habe-
tur pinguis ac saluberrimum, quia datur adver-
sus quemlibet possessorum, quamvis ipse non spo-
liauerit dominum operarum, nec etiam spoliatio

§. 9.

Cum igitur homines proprii, et qui glebae addicti sunt, hoc uno et primo maxime que essentiali discrimine inter se differant, ut de his domino non nisi cum ipso fundo, de illis pro iubitu statuere licet: atque cum homines proprii prae antiquorum Germanorum seruis nihil praecipui habeant, praeterquam, quod mitigatis per Christianam religionem moribus et maiori supremae imperantium inspectionis efficacie debeat, qua causa tamen amplioris in iuriis personalibus exercendis libertatis non sunt participes: profecto euidem non video cuius rationis specie obiecta quaesitum sit, glebaene adscripti *perfecta libertate personali fruantur?* Neque enim intelligi potest, quomodo libere de se disponendi facultatem habere dici probabiliter possint ii, quibus, licet sui iuris sint, neque potestas conceditur habitatum se conferendi, quo placeat, neque vitae generis eligendi, neque ineundi coniugii, neque patriae potestatis plene usurpanda, quibus denique nec liberum aequum ac reliquis ciuibus est, mortis causa de fortunis disponere, quas

C 2 artibus

nis fuerit conscientia, ad id ut possesto operarum restituatur: LEYSER I c. cf. MEVIUS vom Zustand der Bauersleute c. 2. 4. DE BALTHASAR P. 3. c. 3. Sect. 2. §. 2.

artibus non malis sibi parauerint. Neque magis probanda eorum videtur sententia, qui hoc tanquam *nouum genus hominum* liberis et non liberis hominibus interponi posse existimant c). Nam quod primum est, praecipuum glebae adscriptorum signum est, sola nativitate in eam conditionem etiam non volentes detrudi, id vero ipsi libertatis notioni refragatur. Optime igitur cum THOMASIO celeberrimo affirmabimus, glebae adscriptos aequae ac homines proprios in significatu Iuris Gentium *seruos* adeoque non liberos reputandos esse d).

§. 10 Petim
ura p
udio
telli
quend
lud
quam
sum
onue
igner

c) DE BALTHASAR P.I. c. 2. §. 9. ibique allegatus ARNISAEUS de Republica L. 3. c. 9. p. 125 - 129, qui valde laborauit in inquirendo in genus proprium hominum, tandemque concludit esse *nouum genus hominum*; cf. MEVIUS I. c. c. I. §. 28, qui eos esse puri: "nicht ganz freye Leute, aber auch nicht vollkommen mancipia, darum sie von etlichen Semipropriis, halbeigen genaunt würden. Cum his consenserit videtur BÖHMER in Diff. supra laudata de libertate imperfecta ruricorum Germaniae.

d) THOMASIUS in Diff. de iure dandae ciuitatis §. 32, his verbis vifs: "Adhuc hodie in Cathedris iuridicis queritur: an homines proprii, die Leibigenen, in Deutschland sunt serui. Quod idem est, ac si quererent: An Enfs, ein Degen, et gladius, cum aequo seruis, homo proprius und ein Leibeigener, in significatu Juris Gentium sint synonyma."

§. 10.

Iam si quaerimus, prognatine rusticis,
ipso *Naturae iure*, nec habito coniunctionis
ciuilis respectu, etiam nolentes obstringan-
tur, vt maneant in fundo, quem parentes
venuerunt, res omnis in eo vertitur, vt
declaretur, quanta sit, quamque late pa-
reat *patria potestas*; hoc manifesto et con-
cesso, non posse parentes maiorem, quam
psi habeant, in liberos auctoritatem tra-
dere praediorum dominis. Causam et ori-
ginem huius potestatis cum GRIBNERO-
nos ex necessaria liberorum educatione re-
petimus: cuius necessitas cum ab ipsa na-
tura parentibus iniuncta sit cum societatis
studio, potestas illa haud dubie tanta esse
intelligitur, quanta ad finem illum asse-
endum requiritur e). Simul vero etiam
illud efficitur, nec longius eam patere,
quam sit ad explendum educationis offi-
cium necessaria, neque adeo in parentes
conuenire ius liberos vendendi aut op-
signandi, nisi forte tam iniqua fortuna

C 3 vrgean-

④ GRIEBNERI Principia Jur. Natur. L. I. c. 9. §. 3.
Ceterum constat, quantopere hac in re Juris Do-
ctores a se dissentiant. Sic HOBESIUS potesta-
tis illius rationem sitam esse putat in iure victo-
riæ, HORNIUS in conceptione diuina, PUFEN-
DORFFIUS in alimentatione et consensu libero-
rum, GROTIUS et cum eo recentiorum plures,
velut ACHENWALL, recentissime SCHLET-
WEIN, in generatione.

virgeantur, ut haec vna vitae liberorum conseruandae ratio relinquatur. Atque de duratione si quaeras, eadem ex causa apparet, quibus gradibus liberi ad maturitatem rationis perueniant, iisdem hanc paternam potestatem infirmari, tandem, cum primum liberi paternam familiam reliquerint, etiam exspirare, manente tantum pietatis et obseruantiae officio, cuius causa perpetua est f). Si quis igitur sponte patto in seruitutem transit, potest is sane prolem sibi nascituram, si destitutus sit eius educandae subsidiis, secum in seruitutem addicere, attamen tamdiu modo, quamdiu paterna potestas durat, valetque, h. e. donec plenum rationis usum adepti liberi se met ipsi alere poterunt g). Seruitus contra

f) GROTIUS de Iure Belli et Pacis L. 2. c. 5. §. 1-6. PUFENDORFF Ius Naturae et Gent. L. 6. c. 6. §. 6-11; qui non inepit tria tempora discerantur, scilicet imperfeci liberorum iudicii, perfecti iudicii, sed dum liberi pars manent familiae paternae, et postquam ex ea familia excesserunt. In primo, arque secundo tempore patria potestas complectitur ius plenum regendi, etiam ius coercendi, adeo ut, cum ipse natura ea omnia concedat, sine quibus obtineri non potest, quod ipsa imperat, patre durante hoc tempore et oppugnerare et vendere possit; sed in tertio tempore liberi in omnibus sunt sui iuris.

g) GROTIUS L. 2. c. 5. §. 29. PUFENDORFF L. 6. c. 3. §. 9. GRINNER I. C. 10. §. 4. ACHEM WALL. in Iure Nat. L. 2. §. 25. Nec tamen illud

in iure victoriae constat, cum ipsa quidem Victoria in dominum conuenit ius infinitum de seruo eiusque prole statuendi probubitu: sed seruo etiam eiusque proli haud dubie licet, vel fuga, vel quacunque ratione id fieri possit, seruituti se subdute h). Quicquid autem de seruitute in universum recte dici potest, idem recte de quacunque usurpandae naturalis libertatis circumscriptione dicitur: unde qui sensu eo, quem supra posuimus, fundo cuidam se adscribi patitur, prolem suam in statu naturali et extra ciuitatem non poterit diuinius obligare, quam quoad adoleuerint.

§. II.

In ciuitatem coniuncti homines multa quidem de iure suo naturali abiiciunt et

C 4

omit-

mihi persuadeo, quod GROTIUS et ACHEN-WALL contendunt, dominum servi tamdu a prole operas exigere iure posse, donec de summis educationis tibi satisfactum fuerit: cum PUFENDORFFIUS potius existimat, prolis deinceps nasciturae alimenta sub alimentis parentium, quae a domino debentur, contineri.

- b) Quamquam enim GROTIUS L. 3. v.7. §.6. et PUFENDORFF. l.c. placet prolem eorum, qui occasione belli iusti in seruitutem redacti sunt, servilis conditionis esse, neque eidem effigere seruitutem licere; mihi tamen perfectas a seruitutis parte obligationis causa, quae rationi consentanea sit, afferri posse non videtur, neque illud quidem inducor ut credam, servi prolem imperfekte obligari, quoniam uestigie et vitor et virtus, iustitiam belli a suis partibus stare, crediderunt,

omittunt, in eoque exercendo variis modis, tanquam vinculis se constringi patiuntur; attamen sicut in quocunque ciuili i[n]st[it]uto suprema lex esse debet, salus publica, qua finis ciuitatis ipsius continetur, ita nemo valide confociationem inire potest; quae publicae saluti aduersetur *i*). Salus haec omnibus communis, fieri nullo modo potest, vt obtineri conseruarique sine securitate atque tranquillitate ciuitatis intrinseca possit, quae omnis oritur e ciuium persuasione, *instam esse voluntatis suae voluntati vniuersorum subiiciendae obligationem*, *sive legibus parendi necessitatem*. Non aliunde vero ista obligatio profiscitur, nisi a *libera voluntatis declaratione*: vnde recte dicunt, ciuitatem non existere nisi ex pacto quando quidem ea quoque, quae ab initio per vim constituta est, postea tamen intercedente deuictorum subiectione, undecurque orta, pacto receptisque conditionib[us] *nitiuit*

i) PUFENDORFF L.I. c. 1.2. HUBER de Iure Ciuitatis L.2. Sect. 2. BÖHMERI introduct. in Iure publ. vniuersit. part. special. L. 1. C. 2. sqq. ACHS WÄLL L.3. lect. 1. n. 89 - 109. GRIEBNER L.2. c. 1. 12. DARIES Inst. Iurisprud. vniuersit. §. 710. sqq. Hi scriptores omnes, qui mihi praediti ad manum sunt, et ex reliquis Iuris publici doctribus plerique ut exigitissimo, contentum in his principiis, ex quibus ego, quae sequuntur, argumentationes duxi, ut iure quodam meo facere videatur, si eos sententiae, quam in feqq. defendam, vere et assentire dicam.

odiss
 tur:
 nſtſ
 licia
 ita
 tefſ
 alius
 modo
 feſcu
 trin
 nium
 e vo
 neme
 unde
 a ſe
 de di
 acto
 nitio
 inter
 cum
 titur
 e Clu
 in Ios
 L. 2.
 uerit
 praeſc
 docto
 s prie
 uniu
 vident
 n, p

inititur. Est autem ista declaratio vel *expressa* vel tacita: quarum illa non solum in prima ciuitatis constitutione interueniente praesumitur, sed accidit etiam in fide nouo principi interposito iurejurando praestanda, aliisque occasionibus; haec a ciue quocunque, qui *sui iuris est*, ita fit, *si in ciuitate commoratur* k). Iam quomodo ciues, etiamsi non expressa declaratione significarint se in leges et instituta ciuitatis consentire, ipso tamen facto, quod domicilium non mutant, perfectam legibus obedientiam spondent, ne nemo contra obligatur, vt legibus ciuitatis obtemperet, nisi alterutro modo, quem supra posuimus, vel expreſſe vel tacite assensum suum et comprobationem declaraverit. Si vero in statu reipublicae ordinatio ciuem aliquem, qui facto neque licito neque illico obligatus sit, *nolentem cogas*, vt in ciuitate, eam terram incolens permaneat, eum haud dubie prohibeas ex libertate, quae ad illam voluntatis consensio quisque declarationem necessario requiriatur l). Iam cum glebae *adscriptorum filii*, C s velut

k) Versuch eines systematischen Lehrbuchs des natürlichen Staatsrechts. Alton. 1790. 8. P. 1. §. 45. sqq. cf. etiam PUFENDORFF I. c. §. 7. BÖHMER L. I. c. 2. §. 17. 18. et imprimitis L. 31. D. de LL.

l) *Emigranti libertatem ciuibus vindicant omnes iuris naturalis doctores*, velut GROTIUS L. 2. c. 5. §. 24.

velut ad fundum pertinentes, postquam adoleuerunt, quamquam se facto spontaneo non obligauerint, tamen aetatem in ea regione agere pascique iubeantur, manifestum sit *Iure publico uniuersali*, nullius eos officii necessitate deuinisci, ut eius civitatis legibus obtemperent, nec posse violatarum legum poenis affici, atque si quis inuitos intra fines retineat, aut e fuga manu injecta retrahat, vim eam esse et iniuriam. Quare etiam, qui eorum liberos, parentum facto vel expresse vel tacite obligatos, diutius quodam in loco, quam paterno imperio subiecti sunt, commorari et haerere velit, imperium is sibi arrogari

§. 24. PUFENDORFF L. 8. c. 2. §. 2-4. BÖHMER L. 3. c. 2. §. 18. 19. Sunt etiam, qui contendant, idque summo iure, omnem legem, quam emigrationem prohibeat, vanam inuidiadumque esse propterea, quod ex humanitati, et libertate naturali irrique gentium adueretur, contra quod ne princeps quidem quicquam decerner potest, cf. BÖHMER I. c., qui quidem in ea opinione est, ut pateret, si qui, emigrandi libertate per legem prohibita, in eam ciuitatem se recipiant, eos tum videri legem illam agnoscire, quod sciant, se legibus reipublicae obligari: sed ea sententia, cum respectu prolis ex iis nascituræ, contradictionem in adepto continet, ne digna quidem est confutatione, et quaecunque ab ipso et BODINO de Republ. L. 1. c. 6. earum legum allegantur exempla, referenda potius sunt ad improbum imperii vium, respectu eorum certe, qui in ciuitate iam constituta nascuntur.

on modo in se iniustum, sed repugnans
iam ipsius coniunctionis civilis naturae.

§. 12.

Iam si consideremus, quod *experiencia*
oceat, dubitari nullo modo potest istius-
modi glebae adscriptionem afferre multa
magnaque maioris utilitatis publicae impe-
rimenta, cum *immediate* ad tam numero-
am ciuium classem, tum *mediate* ad vni-
uersam ciuitatem adiuuandae. Primo enim,
cum ciuitas quaeque maximam, quae qui-
dem singulorum ordinum esse potest, in-
senii morumque culturam spectare debeat,
quis est, qui negare audeat, libertate in-
tingenda, quod ipsum sit contra Iuris publ.
niuerſ. principia, obtundi etiam animos,
debilitari ingenua quaevis studia, extingui
et euelli naturae rationisque virtutem il-
lam et impetum, quo adſpirat et nititur ad
maiorem in quoconque genere praefan-
tiam et perfectionem: quam intelligentes
miseri illi homines, aut adepti, in quo
nunc statu sunt, futurum crediderim, vt
fortis suae acerbitatem experti, mortem
expetant, *qua sola liberari ab ista sua ca-*
lamitate possint m). Praeterea eo ipso con-
ditionis

m) Auctoꝝ libri ſupra land. *Geschichte der Bauern in*
Lief.- und Ebßland p. 114. narratum ſibi a concie-
natore

ditione suae malo et vitio impediuntur cuius
 quo minus e rei familiaris et domesticae unque
 difficultate sese emergant, immeritique rur
 fraudantur omni fere vitae humanae compa
 moditate et suauitate, cuius in multo mi
 norere labore, si virium suarum usum libe
 rum nec impeditum haberent, participes scripti
 essent futuri. Hanc etiam ob causam a se amod
 procreatos parum curant instituendos, com
 mittentes id vel ignorantia et negligencia ad
 inducti, vel domesticae rei augustis et omni re
 mendicitate adacti, qua multi parentes co
 guntur ut pueros puellasque domo emittant
 ad stipem emendicandam, adultioribus au
 tem ad seruitia dominis praestanda vel au
 tolerandos labores domesticos abutantur.
 quibus causis fit ut ab illa ipsa institutio
 nis, quae iis adhuc procuratur, tenuitate
 exclusi, ab omnium adminicularum oppor
 tunitate desituantur, unde plurimum cer
 annorum interuentu maior intelligentiae
 progressio, maiorque ad omnem humani
 tatem conformatio sperari ab iis exspecta
 rique potest n). Quarum rerum notatio
 ut

natore sacro, ait, aliquando ipsius munera
 obeundi causa seni morienti adsuisse, qui aequo
 animo mortem expectaret, gauisus, quod iam e
 seruitute dimittendus esset: eaque forma loquendi
 rusticis ibi vulgo mortem designare.

n) GARVE über den Einfluss der Leibeigenschaft auf
 den Charakter der Bauern, Berlin 1786. 8.

tur, cuius in adspicuum occurrit, qui, in qua-
 que unque regione glebae adscripti iuxta libe-
 rusticos habitant, utrosque inter se
 comparauerit o): sic illud quoque vere di-
 mititur, confirmante eadem experientia, ipsos
 caediorum dominos, quibus miseri illi ad-
 scripti sint, quotidiano sensu et exercitio-
 ne a moderatae potestatis illius, quam fortu-
 ne et casus quaedam iis felicitas attulit,
 inc ad inanem fastum, illinc ad contem-
 sum reliquorum hominum, qui non sint
 eodem loco et genere nati, et ad animi
 suritatem follicitari. Quae morum peruer-
 tias et insolentia permagno profecto ad
 virtutis omnis ornatum et habitum et ad
 laetioris felicitatis fructum consequendum
 apudamento est: ut taceam, permultos ita
 de a pueritia intemperantiae adsuefieri,
 vitaque dissolutionem ac libidines pro-
 undi, in quas alioquin non videantur
 diffisse prolapsuri. Neque minus est detri-
 mentum, quod ex eodem fonte mediate
 ciuitatem redundat, cum ab rebus ipsis,
 modo commemorauimus, tum ab
 euentis

o) Possem h. l. landare scriptores quam plurimos, qui
 rationibus economicis libertatem rusticorum de-
 fenderunt, uno ore confitentes perraro apud glebas
 adscriptos apparere quandam laetioris fortunae spe-
 ciem, ipsa potius laboris contentionem et assidui-
 tatem, quia ipso vulnus liberaliore morumque cultu
 rusticum liberum facilissime posse a non libero
 discerni.

uentis et factis, quae causas illas congregibus sequuntur et publicas utilitates proximam libertati contingunt. Nimirum de frequentia ciuium imperia detrahit glebae ista adscriptio non modicorum am prohibendis a coniugio hominibus, verum ac nimis etiam demergendis in paupertatem, quam in eis puerorum recens natorum clades est. Officium principis cit etiam prouentus copiis, quoniam haec statu, ipsa causa accidit, ut agri praediorum parviciosius ter ac fundorum parum vel negligenter tunc colantur, fructusque ex utrisque mulierum lorum minores redeant, quam reddituri erant, pluribus incolis distributi essent, numeroque tunc ad ipsorum agrorum modum consentanea late p. Adde, quod pecunia rebus emendis venditare late p. disque multo frequentius tractatur, resque urbis tunc multo plures ad victimum cultumque necessaria sectione fariae ibi requiruntur et confunduntur, ut publica maius est hominum satis copiosorum numerus p. r. us, quam vbi pauci pecuniosi et locupleti glebae tales amplissimas opes coaceruant, multoq. diffin- dente p. dominio p. G. dine ad mendicitatem redacta.

§. 13.

Ita cum omnis illa obligatio, qua dominis cogentibus rusticorum liberi ad vi- tam, in quo fundo nati sunt, transigen- dam adiunguntur, secundum Ius Naturae vnde et irrita sit (§. 10), ex Iuris autem Po- blici Vniuersitatis principiis ciues exsolviat legibus

conlegibus parendi necessitate, et quorum li-
ximperati nocet, eorum cum republica nexus
uiuiperimat (§. 11), ciuium etiam prosperitatē
nō moram inferat, publicamque salutem ma-
eruntimis difficultatibus impeditat (§. 12): ne-
quasdiuinem iam fore existimo, quin dicat,
Officis principis esse officium, tollendo isto rerum
habitu, immutare Ius postuum, cuius per-
particulosisssimus abusus, per usurpationem a
ntius tincipe tacite vel expresse confirmatam,
nultex longo tempore adhuc visus est legitimi-
t, bonus. Nam cum Princeps in statu reipubli-
cūmeritae tum ordinario tum extraordinario, hand
aneo dubio iure facere omnia possit, quae a sa-
mēdate publica requiruntur, sane liceret ei vi
esq; s; f. dominii eminentis, eiusmodi cor-
recctionem adhibere etiam tum, cum boni
viblici cum priuato collisio et pugna orire-
unneur p); eoquidem effectu, vt ei fas esset
uplealbae adscriptos ab iniquo nexu illo, quo
adstringuntur, liberare, etiamq; praediorum
domini causam suam iure perfecto defen-
dere possent. Tunc enim pugna illa esset
multi-

p) GROTIUS L. 2. c. 14. §. 7. PUFENDORFF L. 8.
c. 5. §. 2. BÖHMER L. 1. c. 4. §. 25-27.
ACHENWALL L. 3. Sech. 2. §. 146. Status enim
necessitatis, quo solo exerto scriptores laud. Ins
eminentis exerceri volunt, mihi quidem semper exi-
stere videtur, quando bonum publicum pugnat,
cum eo, quod vilis est paucioribus; salua tamen,
quatenus fieri potest, compensatione ex communi,
in fauorem eius, qui suum amisit.

multitudinis numero plus centies amplioris, reposcentis ius a natura sibi attributum quod nulla in republica sine iniuria eripi cuiquam potest, cum altera ciuium classem numero illa multo minore, vel lucri non adeo magni causa, vel prauo aut ingenio aut more, *ius quoddam opinatum* acriter propugnantium, quod, cum a principio inuidum sit, ne sine iniustitia quidem usurpare possent. In eiusmodi contentione et pugna imperans, iudicante ratione, quae ipsi aeterna nec mutabilis est, bonum maius praeferre debet minori: quod si facit non potest fieri, quin bonum commune amplificetur. Itaque nec praeditorum diminuunt rerum mutationi et nouae, quam suademus, formae se opponere poterunt nisi forte docebunt, quod nescio an hominem nemini, aequitati quidem nunquam persuadebunt, magis interesse reipublicae suas ipsis, in quas inuaserunt, utilitatem servari, quam multis millibus oppressorum ciuium iura connata restitui, per acerbam violentiam iis excussa. Cum vero impetrantis sit, cum primum meliora doctus fuerit, gerendae reipublicae errores emendare, et vitia adulta tollere, diuina saepe et humana iura permittunt, effectus glabelae adscriptionis ab illis ipsis, qui fundos nunc possident, nisi optione libera eam praefere.

praferant, nulla mora interposita removere. Plures tamen rationes oeconomiae et politicae, quarum explicatio longius nos a proposito deduceret, subitaneam mutationem, quod anceps esse possit et reipublicae periculosa, videntur dissuadere. Eamque ob causam hac usi sumus indicandi moderatione, ut Imperanti modo vindicaremus ius illud minime dubitandum, a glebae adscriptorum liberis adultis saltem iugum impositum detrahendi, faciendique omnibus liberam ineundi matrimonii potestatem, quae sublatam glebae adscriptionem, ut cuique apparet, necessario consequitur. Quod ius, sicut ex argumentatione superiore, ex indubuis Iuris Publici vniuersitatis enuntiatis ducta, satis elucet, sic sequenti meditatione efficiemus, nec exercitio eius quicquam dubitationis neque ex iure publico vniuersali neque ex iure positivo recte opponi.

§. 14.

Principio igitur, seruitute reali perpetua in temporariam mutanda sic, ut glebae adscriptorum adulti liberi, a nouae legis promulgatione, integrum libertatis personalis usum adipiscantur, ratione eorum, qui fundos possident, omnia permanent, quo statu adhuc fuerunt, quia restitutio iuris

D

matri-

matrimonia pro lubitu ineundi ad nexum
colonorum cum domino vim nullam et mo-
mentum habet. Euanescunt igitur omnes
suspiciones malorum et periculorum, quae
ab naturali hominum, vt plurimum valde
afflictorum, ad licentiam propensione alio-
quin metuenda imminerent. Non enim
verendum est, ne exundet in prouincias
vagorum hominum frequentia, qui deliti-
tuti consueto vietu, in defectu alterius
quaestus mendicando viuere velint. Ne
que futurum est, vt praedia, quae adhuc
habitata et culta ab iis sunt, subito dese-
rantur, quae res ad oeconomiam ruralem
quanta est, concutiendam et perturbandam
valere, et ad imminuendum prouentum
corrumpendaque rerum pretia vim habere
potest: neque praediorum maiorum dominii
in eam necessitatem compellentur, vt no-
vam rei agrariae dometicaeque rationem
et viam ingressi, magnam iacturam subeant.
Sed quaecunque istam immutationem
sequi necesse est, haud pauca profecto nec
parui momenti, ea omnia paullatim leviterque
sic accident, quo ciuitas modo soleat
aliis institutis nouis adfueri, vt ipsa tem-
poris longinquitate adiuuante, accedentibus
et quasi capite rei connexarum, opportu-
nitatibus, in consuetudinem veniant et
con-

confirmata inualescant, hominum conuen-
tione quadam et comprobatione, nec in-
terposito quidem imperantium auxilio. Soli
domini hoc vnum non recusare debebunt,
vt *benignius liberaliusque habeant rusticos*,
quo sibi colonos non defuturos sperare pos-
sint: quod vt consequantur verisimile est
ipso rem ita temperaturos, vt sublati
operis indeterminatis paeferant determi-
natas, et a colonis, pro tradito fundorum
possidendorum iure perfecto et hereditario,
malint accipere canonem annuum siue pen-
ititationes ann. naturales. Ceterum vt
mollior illa et clementior rusticorum tra-
ctatio, quamcumque in partem consideres,
admodum optabilis est, ita plurimis exper-
torum fideque dignissimorum hominum te-
stimoniis certum et exploratum est, quam
rei oeconomiae administrationem muta-
tam suademos, ad *iporum dominorum uti-
litates et redditus* multo vberiorem esse et
locupletiorem ea, quam adhuc sequuntur,
et cuius pro commodis et laudibus inuete-
rata ex praeiudicatis opinionibus peruica-
cia propugnat q). Ipsi *rum rusticorum*, qui

D 2 suo

¶ Quam in rem vix fatis laudari possint complura
scripta minora, pro rusticorum libertate pugna-
tia, quae his annis prodierunt. In *Dania* praeci-
pue et in *Holstia* exemplis manifestis nec vlli du-
bitationis obnoxii compertum est plurimum ad
ipsorum

suo quisque loco aut tempore donati libertate erunt, quo gradu fortunae meliores reddentur, eodem augebitur industria, ipso successu blandiente studiumque incendente. Ac possessores, qui nunc sunt, cum se suis liberis, quicquid acquisuerint, certo reliquatos esse videant, ea ipsa spe ad maiorem rei quaerenda curam conseruandaeque diligentiam excitabuntur: noui autem coloni profecto fundos, quos melioribus conditio-
nibus locatos acceperint, vel iure adeo hereditario teneant, longe studiosius co-
lenient, eaque ratione cum suis ipsi rebus consulent, tum vniuersae ciuitatis copias aug-
bunt et amplificabunt. Omninoque haec populi pars rusticans, quae totius ciuitatis flos et robur est, seruitutis iugo eman-
pata, multo quam antea celerius felicius-
que propagabitur, ex eoque tanquam fe-
minario in loca vacua et communia, quae
nemo adhuc occupauit, coloni venient
deserta intactaque exercentes et excolein-

ipsorum dominorum redditus augendos conferre
hanc mutationem: e quibus commemoratissime suffici-
cier, quod experientia docuerit in diuisis in plures
fundos (vulgo dismembratis, nedlagte) praedilis
nobilium GELTING, ASCHBERG, AHRENS-
BURG, RETHWISCH ETC. ut et in *dominium*
vegis in Holstia. Isdemque se commodis ali-
quando commendabant, quae nuperime in pra-
fectoris Gronburg et Friedrichsburg melius insi-
tuta sunt.

es. Idem denique ciuium liberorum copiosorumque prouentus laetior et abundantior cum vniuersae reipublicae munimento et praesidio aduersus hostes externos erit, tum internae felicitatis incremento seruet, aucta materia et vsu rerum ad victum cultumque necessiarum.

§. 15.

Si qui tamen sint ex praediorum dominis, qui defendenda iuris sui, consuetudine recepti, conseruatione tot viuentium adhuc capitum venientiumque temporum licitati se opponant, hoc imprimis iudicatum decifumque videri debet, non posse eos, nisi *ius perfectum* in adscriptorum libertos suae causae praetendere, quandoquidem, maiore populi parte connata sibi iura repetente, quae commoda ex constitutione, qua adhuc usi sunt, in se redundare dixerint spectari omnino non possunt. Ius illud perfectum non habet, quo nitatur, nisi fundamentum triplex, *alimenta* scilicet, quae liberis illis, quamdiu domi paternae vixissent, mediate sufficerint, deinde *imperium paternum*, consensu parentum vel expresso vel tacito in se delatum, denique *possessionem*, non modo praescriptione immemoriali fancitam, sed ab imperante etiam constitutionibus et priuilegiis confirmatam.

D 3

Atqui

Atqui alimenta, quae liberis praebentur ex dominorum quidem fortunis petuntur, quia rustici secundum hodierni statutum consuetudinem, praestitis omnibus praestandis de reliquo fundi prouento statuere, quod maxime lubeat, adeoque liberos etiam exinde alere possunt. Aequo minus haec postulatio enormis et immodica deriuari ex iuribus cessis patriae potestatis potest, quae videlicet iurâ, cum primum liberi separatam oeconomiam instruxerunt, secundum leges positivas, cum Iure Publico vniuersaliter hac in parte plane consentientes, cessare in parentibus cuiuscunque loci et ordinis solent. Quod autem ad prescriptionem attinet, ex ipsa coniunctionis civili natura manifestum, nec iure communi dubium est, non posse eam in subsidio iuris vocari, *quod in se illicitum sit r*; sed nec imperantis quidem confirmatione eiusmodi possessionem fanciri, paullo inferius docemus. Nullum igitur argumentum restat quo domini rusticorum liberos in foro sanationis vindicare possint; nisi quis forte existimat, affectionem rusticu*m*, qua *gleba adscriptus* censetur, tanquam qualitatem esse personalem *innatam adeoque immutabilem*.

v) BÖHMER L. 2. c. 1. §. 23; not. g. GROTIUS L. 2. c. 4. §. 15. Accedit exemplis doceri posse, admittit ciuibus iura esse, quorum usum a longissimis temporibus obtinuerint, e. g. ius armaturae priuatae.

tem, quae opinio cum ab omnibus de nexu
iusti iudicandi principiis, ab humanae na-
ture praestantia moribusque nostris ab-
horreat, omnibusque legum nostrarum re-
giminiisque causis refragetur, confutatione
non indiget.

§. 16.

Neque vero, cum rusticorum liberos a
necessitate habitandi in fundo, in quo nati
vunt, soluendos iudicamus, quicquam de-
rahimus ab exercitio *iurisdictionis patrimo-*
nialis, quae quamquam a prisca potestate
terribili occasionem habuit, nostra tamen sen-
tentia, e principis concessione cum pleris-
que nobilium praedis cohaeret ¹⁾. Hac
tantum-

¹⁾ De patrimoniali *Iurisdictione* scripserunt praecipue
IO. WILH. DITHMAR de domino iurisdicit me-
diatorum, Jenae 1710. 4. SIGM. EHRENFRIED
AB OPPET de iurisdictione patrimoniali, *Vitens-*
1711. 4. STEPH. MILET de iurisdictione pa-
trimoniali, Argentor. 1715. 4. IO. GOTTL. HEI-
NECCIUS de origine atque indele iurisdictione
patrimoniali, Halae 1716. 4. CAR. RUD.
GRAEFE de praecipuis et singularibus iuribus iu-
risdictionis patrimoniali, Lipl. 1730. 4. IO. PA-
TER DE LUDEWIG de praediatoria iurisdictione
nobilium, Halae 1742. 4. CHR. WILH. DE
DALWIGK de iurisdictione patrimoniali, Jenae
1754. 4. GOTH. FRID. LOCHMANN de iuri-
sictione patrimoniali, Lipsiae 1766. 4. Ex his in-
primis LUDEWIG multis rationibus copiose de-
monstrat nostram sententiam, cui eriam assentium-
tur

tantummodo ex causa, qua fructus iuris eam
dictionis referendi sunt ad commoda ex habent
eiusmodi praedio percipienda, dici fortasse modis
possit, vnum alterumue dominum excidere clariae
aliquo lucro, si adolescentibus discedere de valde
praedio liceat, cui antea adscripti erant tisdicti
Sed haec adeo exigui momenti res est etad ea
aduentitia, vt eius respectum habendumero
esse nemo fortasse dixerit. Praeterea tanquam ibi
minus dominos, vt liberos rusticorum iugulari
veterem nexus retineant, prouocare ad iuris iugum
dictionem suam posse credo, quanto magis iugata
est.

tur PUFENDORFF de Iurisd. Germ. p. 436.
DOLF in Obs. forenib. 108. p. 295. KREß
Iurisdict. crimin. §. 55. LEYSER spec. 29.
BURI l. c. p. 34-39. aliique plures. THOMAS
SIUS contra in D. de hominibus propriis §. 1. lumen
HEINECCIUSS l. c., et cum his JARGO
STRUKE, POTTEGESSER, DE WESTPHALIA
DE BALTHASAR aliique eam dicunt ex nobis iugata
lum aliorumque praediiorum equitum.
rum potestate herili vel dominica in rusticis
Quod ad praxim attinet, prope nihil refert, quoniam
quis sententiam amplectatur, in primis cuin par
diorum domini recentiore actate ius illud sibi con
mandum carent. Sunt quidem nonnulli, qui praepon
tutionem pro iurisdictione patrimoniali, existente
dubio, maiorem vim habere putent, si origine
ex antiqua potestate herili recta dicatur, adeo
pertinens essentiale eiusmodi praediiorum esse ex
statimetur; sed in praxi, propter infidem fauorem
quem leges exercito regalium a summo imperio
attribuant, praeiunctio semper est contra do
num, ut probandum ei sit, se obtinuisse ius illud
vel per expressam concessionem principis vel per
possessionem immemoriam.

aris-eam in praurum consuetudinum numero
exhabendam esse sentio, quae quippe multis
tale modis damnoſa rusticis fit, quin ipsi rei iudi-
cere ciarie officiat, vt proſus refindi eam,
de valde optabile videatur. Cum igitur in-
transiſdictio, ſi vel maxime illud praetereaſ,
ſt etad ea regalia referenda fit, quorum in li-
dumero exercitio principem consuetudine a
anciuibus recepta impediri nefas eſt t), du-
n inuitari nequit, ſiquidem ex Iure publico
uriſiuersali iudicandum eſt, quin imperanti
nagaciceat hoc ius nobilibus subtrahere, atque
eamurisdictionem in eorum ſubditos, iudici-
bus a ſemet ipſo constitutis tradere admini-
ſt. 12 strandam: faluo tamen ipſis eorumque fa-
niliis foro priuilegiato et faluis fructibus,
ab iis perceptis, ex aestimatione per me-
diū aliquod, v. c. 20 annorum determi-
nanda. Neque ex legibus vel institutis
ciuitatum noſtrarum quicquam videtur huic
imperantis iuri cum ratione opponi poſſe,
quem nemo neſciat, recentiori tempore im-
perantes ius ſuum inspectionis in iurisdi-
ctionis exercitium latius propagasse eiusque
pe multa ſapienter et utiliter nonnullis in-
regionibus instituisse, haud parum iis, qui
illo

¶ Praefcriptionem enim contra Principem in regalibus
effientibus neque ICI neque Praxis admittunt.
Consentire praeter alios videtur BÖHMER L. I.
c. 5. §. 36. not. p.

E

illo iure vterentur, nulla habita possessionis
et priuilegiorum ratione circumscriptis ^{w)} in eo
in eo lib
eorum et me

§. 17.

Sicubi rustici, qui glebae nunc adscripti
sunt, *iure hereditario* fundorum ipsis credi
torum vtuntur, id quod longe abest, vi
in omnibus praediis equestribus vsu re
ceptum sit ^{x)}, nihilominus exercitium eius
iuris in favorem domini certis limitibus
finitum est haec tenus, ut fundus diuidi ne
queat et liberorum alicui iisdem plerum
que, quibus paterfamilias possidebat, con
ditionibus tradatur ^{y)}. Iam etsi liberi,
quando glebae non amplius adscripti
a fulciendi fundi obligatione liberantur
laedi tamen eos in iure perfecto non
cet, quod ad usumfructum fundi iis cor
venit, nisi fundum domino reddere, eaque
re huic iuri malint renuntiare, quod, ^{cum} ^{retia}

^{w)} Conferenda ad h. l. in primis sunt, quae praeclara
hanc rem praecipiuntur in *Entwurf eines Pre
siden Gesetzbuchs* Tom. I. P. 3. Tit. 5. Sess. 1.
§. 15 - 32. 49 - 77.

^{x)} STRUBB de Iure villicor. c. 8. Alter se res habet
in dominio principum, vbi coloni fere omnibus
large, pacto vel obseruantia, sive hereditarium com
cessum est.

^{y)} Hoc respectu mores Germanorum admodum variati
nari in prouinciis aliis fundus primogenito
in aliis minori, in aliis filiorum ei, quem domi
nus elegit; cf. DE SELCHOW D. de disti
praed. rustic. et feud. quod success.

in eorum fauorem constitutum sit, facere
iis liberum foret. Prius si accidit, et nemo
eorum sponte in locum defuncti succedit,
et more consueto transigit cum coheredi-
bus, fundus vel administrandus eorum no-
mine, vel quod melius fuerit, vendendus
erit, ea tamen conditione, ut emtor vel
qui fundum heredum nomine tenet, eas-
dem operas et praestationes susciperet,
quas heredes debsant. Qua ratione vt
dominus nulla in re laeditur, ideoque cum
alua iura sua obtineat, contradicendi ius
non habet z); sic heredes quoque iustum
plenum accipiunt, secundum leges succe-
sonis iuris communis inter ipsos diuiden-
dum a). In quo minus etiam metuendum
erit aliquid damni, quod verisimiliter, sub-
comata glebae adscriptione, quanto rusticorum
aqua tatus fiet melior, tanto magis *fundorum*
curretia augebuntur et incendentur.

§. 18.

Attamen necesse tum erit, dixerit for-
asse quispiani, vt coloni renuntient bene-
ficio

E 2

a) Dominus eo minus contradicere potest, quod haec
iuris communis praecepta etiam iuris obtinent,
si quibus ex causis heredes iure hereditario vi-
nolint.

a) Qua re ei, qui secundum ordinem successionis ius
potius haberet, non sit iniuria, cum, fundum
suscipere nolens, iuri suo ipse renuntiauerit.

ficio illi, quod alioquin sperare poterant
ut publicae calamitatis tempore vel alio
quocunque statu necessitatis extraordinario
subleuandi essent a domino: quod beneficium
nempe eum ipsum in finem inductum est,
vt eo compensaretur quodammodo necessi-
tas, quae colonis incumbit, ne fundum
inuitio domino deserant b). Verum isto
beneficio tam misero, cum primum iis ple-
num exercitium libertatis personalis resti-
tutum erit, ne indigebunt quidem amplius
quia tum eodem iure censemuntur, quo re-
liqui rustici, qui fundum conducunt. Quod
enim attinet ad remissionem census f. mer-
cedis, eodem cum iis, vel lege vel pade-
re aequitatis temperamento agetur, quod vnu-
niuersum valet in praedii rustici loca-
tione c). Deinde nec dubitari potest, quod
leges ab im-

b) Si perendas, quam tenui et invalidum plerumque
modi angustii afficit, quamque duras condicione-
es auxilium illud, quo dominus rusticum in eis
ut plurimum adiunctas habeat, tum vero mer-
cieris, glebae adscriptionis defensores et in
BENECKENDORFFIUM in oeconomia forentiam
non dubitate, rusticis id pro magno imputare
merito, praefertim cum ipsi fateantur scriptura
illi, dominorum interesse plurimum, hanc
ferri rusticis, quo debitas operas praetulare possint.
c) Quid
d) A

c) Vid. imprimit AUG. DE BALTHASAR D. de r.
missione mercedis in locatione praediorum rusticorum ob ingens damnum ex lue pecorum con-
ductori contingens. Gryphisw. 1751. 1756. cor.
Jo. STEPH. PUTTER D. de eo, quod iustum
circa remissionem mercedis in locatione con-
ditione ob calamitates bellicas. Goett. 1760. 4.

bus in fortunae casibus ab imperante ceteris ciuibus calamitate tactis succurritur, iisdem futurum, ut hi quoque coloni ex aerario publico subleuentur.

§. 19.

Quaecunque tandem ab imperante vel antecessoribus eius aut *leges lateae*, aut *priuilegia* titulo onerofo vel gratuito concessa fuerint, ad iura possessoribus praediorum confirmanda, imperans tamen iis non impeditur, quo minus de rusticis statuat, quicquid ad communem salutem proficuum esse censeat. Nam et potestas legislatoria simul etiam continet ius mutandi et abrogandi leges^{d)}, et ad hanc deliberationem accedit etiam causa quedam singularis, quod leges et priuilegia ista profecta esse appetit ab imperantis errore, quo ipso errore ex iuris publici Vniuersalis legumque positionarum praeceptis redduntur *inualidae e)*. Quid? quod domini propter ista priuilegia, tiam si neglecto iuris stricti rigore, non offendas et propugnes ea per se corrue, amen ne petere quidem damni compensa-

E. 3. rationem

d) ACHEMWALL L. 3. Sect. 2. §. 115. BÖHMER L. 2. c. 3. §. 59-66.

e) GROTIUS L. 2. c. 11. §. 6. qui locum hunc egregie illustravit, allegato exemplo legis non obligantis ob deficientem veritatem facti, in cuius praesumptione fundata erat: cf. GAIL L. 1. obs. 11. n. 7.

tionem poterunt f), cum fraudem sibi, liberi glebae adscriptorum nexu soluendis prisa fieri, ut supra docuimus, demonstrare nullo modo possint.

§. 20.

Quod attinet ad *principes imperii Germanici*, nec horum exercitium iuris libertatem restituendi rusticis glebae adscriptis arctiori, quam ceterorum imperantium termino concluditur. Namque vi *Superioritatis territorialis*, cuius exercitium quietum omnibus ac singulis Statibus imperii plane conseruandum est, secundum recentissimas Imperii leges fundamentales g), potestas etiam *legislatoria*, non consule imperatore et imperio, eodem in eos convenit ambitu, quo *omnibus imperantibus*

f) Amplius enim petere non possent, ne si titulo quidem onerofo priuilegia acceperint; BÖHNERE l. c. §. 66.; nedum hoc in casu, vbi fieri vis poterit, ut specialis remuneratio probetur, exceptis fundis a principe emitis: in quo ipso negotio transmuni cum princeps ut priuatus agat, quaesito daunii compensatione definienda ex principis iuris communis videtur.

g) In primis Infram. Pac. Osnab. art. 8. §. 1. "in antiquis suis iuribus, praerogatiis, libertate, priuilegiis, libero iuris territorialis, tam in ecclesiasticis quam politicis, exercitio, ditionibus, regibus, horumque omnium possessione ita stabili firmatique sunt, ut a nullo umquam sub quocunque praetextu, de facto turbari possint vel debeat."

ex Iuris Publici Vniuersalis principiis, propria est pro peculiari forma cuiusque ciuitatis *h*). Itaque leges imperii quidem mutare non possunt, quatenus *statum publicum Imperii* attinent, adeoque constitutio- nem Germaniae, monarchiae electiuae, li- mitatae definiunt *i*): in causis vero priua- tis licet iis dispositiones legum imperii vni- versalium pro lubitu mutare et tollere *k*). Quam parum igitur domini praediorum ad- versus principes, ius liberos rusticorum vinciendi ipsis ademturos, se tueri rem ad Comitia referendo poterunt *l*), aequem mi- nus allegare leges communes et obseruan-

- H**ERTIUS de superioritate territoriali. MOSER
von der Landeshoheit überhaupt. IDEM von der
Landeshoheit in Weltlichen.

i) HAAS D. de Monarchia Imperii limitata. *Francof.*
1752. 4.

k) Exstat memorandum decretum in *Concl. Imperii*
d. 1731. von Abschaffung der Handwerksnisi-
bräuche §. 1. „wie denn ohnedem jedem Reichs-
stande nach Gelegenheit der Zeit, der Läufte
„und Umstände, Kraft besitzender Regalien, alle
„landesherreliche Gewalt, und in Anfechtung dersel-
„ben die Aenderung vorbehalten bleibt.“

l) Nempe quia exercitium potestatis legislatoris con-
tinetur in iuribus superioritatis territorialis, quae
cognitioni Comitiorum non subsunt, id quod in
praxi quoque confirmatur pluribus principiis Im-
perii decretis, quae praeditorum dominis haud
parum difficerentur.

tiam Imperii poterunt, si quid forte de ista
re ab iis constitutum est m).

§. 21.

Rursus si qua in prouincia *status* sive
ordines Imperii sunt, tum vero a peculiari
constitutione et a iure illis ordinibus attri-
buto pendet, an et quatenus Princeps, iis
non consultis, legum ferendarum auctori-
tatem exferere, adeoque etiam prauas
quae circa rusticos inueterauerunt, confus-
tudines et abusus tollere posset. Tantum
interim *in re dubia* ponendum est, in impe-
rio monarchico ordines in legibus ferendis
habere votum non nisi *consultatiuum*: que-
sumto, eorum consensu non magis quam
ceterorum ciuium opus est principi n). In
Germania singulatim status prouinciales
vbi obtinent, in lege sciscenda *in dubio*
suffragium non habent, sed consuluntur
modo, cum de causis collectarum simili-
busque status publici mutationibus agitur
in quibus respici solet ad iura specialia
quae iis, tanquam statibus, impertita con-
petunt o). Non igitur videtur in dubitate

m) CHR. THOMASII D. de Statuum Imperii ^{post} state legislatoria contra ius commune. *Haller* 1703. 4.

n) ACHENWALL I c. §. 152., BÖHMER L 2. c. 7.
§. 14. 15. PUFENDORF I. 7. c. 6. §. 12.

o) STRUBE de Statuum prouincialium origine a
principis iuribus: in Observatt. iur. et hist. *Göt-*
man. p. 157. sqq.

ista
sue
liari
tri-
teri-
, is
tori-
usas
sue-
tum
npe-
ndis
que
uum
la
les
ubio
ntur
mille
iru-
alini
con-
pica-
nem
pote
Hatu
c.
e a
Ges

tionem adducendum, a principe imp^{erii} Germanici, in eo quoque territorio, vbi adhuc vigent status prouinciales, his non adhibitis, glebae adscriptionem tolli posse p), nisi status illi certis rationibus ostendere possint, suum in quacunque lege noua ferenda consensum requiri.

§. 22.

Nemini iam dubium videri potest cuiusvis Imperantis ius ita comparatum esse in thesi, vt rulticis afflictis libertatem personalem reddere possit, idque ius apprime congruere cum ratione officii, quod ciuitatis salutem ei legum prudentia procurandam et augendam commendat q). Inter ea fatendum, saepe a multis, quae quamque rempublicam circumstant, causis et temporibus, pendere, consultumne et salubre sit principem pro iure suo confessim agere, an vero pro re, nata satius sit pro-

E 5 videre,

p) Apparet hoc ex Deprecatione Statuum prouincialium Pomeraniae, quam typis repetendam in appendice curauimus, qui qui haud dubie ad ius contradicendi, si habuissent, descensuri erant.

q) Egregie ait PUFENDORFF L. 7. c. 9. §. 3. generali legem summorum imperantium esse hanc: „falsus Populi suprema lex esto.“ Cum quo convenient illa Platonis in Lib. 1. de Republ. “Nemo in aliquo principatu imperans, quatenus princeps est, quid sibi conferat, cogitat aut praecipit, sed quod subiecto conducat, et quae dicit, „quaeque facit, cuncta ad illius utilitatem deco-remque dicit et facit.“

videre, ut habendo tractandoque per aliquot annos *praeparentur animi*, ad tanti momenti legem accipiendam. Quod si fuerit, ut erit plerumque, tum vero id in primis agendum erit, ut multitudo diligenter reique conuenienter doceatur, qui rectus eius sit libertatis vius, quae commoda, qui fructus ex destinata mutatione ad quemque peruenturi sint. Nec minor cura adhibenda erit ut *dominis* persuadetur, nullam eos, si tota res spectetur, interposito temporis successu, iacturam facturos, abolita illa relatione, qua praeter naturam et humanitatis excellentiam rusticis adhuc cum ipsis coniuncti fuerunt: atque si vel maxime in singulis causis, in primis a principio, aliquid detrimenti cipient, honestum et magni animi esse, negligere commoda quaedam exigua pro salute plurium, ac multo se maiora debere *reipublicae*. Caendum etiam *disciplina ciuitati* erit ne manumissa iuventus, per insolentiam libertatis abrepta, patriam relinquit; quae emigratio multarum querelarum materia futura esset, neque tamen verenda erit cum primum res ipsa ex lubrico progressu suo vestigio constiterit r). Si quo casu acciderit,

r) Non igitur est, quod quis miretur, cum glebae adscriptio, *Christiano VI regnante*, in Dania sublata esset,

acciderit, quod raro accidet, ut praedium domini, mutationem illam subeuntes, nouam vniuersae rei familiaris administrandae viam ingredi cogantur, suadente aequitate imperans, ut et ipsis mutationis forma et species approbetur, vel subsidia sumtibus tolerandis idonea ex aerario publico suppeditabit, vel pecuniam necessariam aequis conditionibus mutuo dabit, quam impensam, auctis prouentuum copiis uberrimam, nemo bonus rationator erit, quin recte suoque loco positam fateatur et laudet ^{s)}. In vniuersum Imperans, qui curam ciuium suorum felicitatis habeat, eamque euehere, quam fieri maxime possit, cupiat et emittatur, id sibi potissimum efficiendum statuet, ut rusticorum conditio nem meliorem reddat et iucundiores: quod ita fieri, si primo quidem plenam ius proprietatem, vel ad minimum ius hereditarium

esset, aliquor centena rusticorum e Intia emigrasse: in quo incommode fuit, exticisse glebae adscriptionis defensores, qui easum illum fortunum tanquam aliquod palladium sibi praetenderent, quo libertatis humanitatisque studiosos auerterent ac propulsarent.

^{s)} Praecclare hoc sit in Dania, vbi ex aerario, quod angendorum prouentuum causa institutum est (Crediteaffe) adeo rusticis in antecessum pecunia suppeditatur, qua fundos sibi permisso in possessionem emant: vid. authentische Beschreibung der Crediteaffe im Deutschen Magazin, quod a me editur, Vol. 3, Part. 2.

tarium censiticum (*Erbpacht*), mediante determinato annuo canone conciliabit. Eumque in finem haud grauate, quae praeuia cura postulat, publica auctoritate apparabit, sumtibus faciendis ad agros di-metiendo et dispertiendos et ad alia ne-gotia, in re rustica vel necessaria vel vici-lia; quibus factis impedimenta remouebit, quae, verendum est ne ab initio statim tantae mutationi, obiecta mora, officiant*t.*) Deinde vero, quia ad maioris felicitatis sensum gustumque in ipso homine felix quaedam ad efficaciam subinde magis acuendam progressio requiritur, nihilque magis ei contrarium est, quam obscura inertia, illud etiam addendum existimabit, ut concedenda rusticis libertate personali, vincula illa soluat, quibus adhuc constricti ab exferendis in quamcunque partem animi corporisque viribus continebantur. Quod considerantes nos, etiam glebae *adscriptio-*
nem tollendam censuimus et suasimus, quod exinde primordia fortis illius beatioris, tot millibus hominum impertienda, ducenda
et

t.) Quam in rem commendandum in primis est scriptum praestantissimum DE OEDER, quod inscriptum: Bedenken über die Frage, wie dem Bauernfande Freyheit und Eigenthum in den Ländern, wo ihm beides fehlt, verschafft werden könne. 1769. 8. recutum cum variis additamentis. Altonae 1786. 8.

et quasi aditum ad eam patefaciendum esse
videremus. Quia mente et animo me
ipsum aliquanto feliciorem exiffimabo, si
quid etiam hoc scribingi labore contulisse
videar, vt iis, qui tantae rei tractandae
perficiendaeque potestatem habeant, iustis
rationibus persuadeatur, ferututis huius
et immanitatis, quae adhuc fuit, defenso-
res rationi legibusque et experientiae re-
pugnare. Dixi.

APPEN-

APPENDIX.

Mantissa Membranarum et Chartarum ad statum seruorum speciantium.

Num. I.

In nomine Domini sciant presentes et innotescat posteris, quod ego Lupertus Dei gratia Decanus S. Marie de gradibus in colonia. Arnoldo Rine et Bernardo fratribus et eorum germane Willdrudi in ecclesie noſtre curte, que vocatur Bylhem, a cunctis progenitoribus suis jure serviti attinentibus, propter paupertatem ipsorum etiam quia rebelles erant ecclesie et maxime ut eos conservare tale remedium in jure suo et cenuſu ſolyendo annuatim de gratia dare decrevi premisso juramento et facta fide, quod ex hoc in perpetuum eidem curti nomine ecclesie vellent et deberent obnoxii fore et fideles. Sane statu ut masculus inter eos in cathedra Petri VIII. den. femina VI. pro recognitione sue conditionis persolvant villico curtis memorare. Si vero masculorum aliqui vel seminarum aliqua matrimonium contrahere extra sue conditionis homines voluerit, quod vulgo Gebufeme dicitur, XII. den. villico dabit, licentiaque petitam ab ipso feliciter ducat vel nubat. Si autem infra conditionis sue gentem contractum fecerit, illcentiam

centiam absque emptione impetrabit. Item si
masculorum, vel feminarum, quod est condi-
tionis humane, quempiam decedere contigerit,
II. solidos villico in curtem Bilehem infra men-
sem defuncti pro hereditate et rebus hereditariis,
que vulgo Rudhe et Herwede dicitur, persolvat,
et ita alius libere succedat in hereditate.
Si autem infra mensem II. sol. non solverint,
prefati homines et eorum posteritas ad plenum
ius pro consuetudine fervili exinde tenebuntur,
et hec prefens ordinatio maneat annulata. Ut
hec rata permaneat hanc cartam conscriptam
sigillo meo feci confignari. Testes sunt Gode-
fridus et Theodericus canonici S. Marie. Gil-
lerus facerdos de Bremen. Herimannus diaconus
de Tremonio, Pelegrinus villicus Rudolfus
de Hyvchenhusen, Rathardus campanarius, laici
et alii quam plures. Acta sunt hec anno Domini
nunc incarnationis MCCXV. feliciter.

(L. S.)

Num. II.

Nos Johannes miles dictus de Huvele tenore
presentium publice protestamur et notum faci-
mus universitatis presentes literas viiuris et auditu-
ris, quod de consenu Cunigundis uxoris nostre
legitime, nec non Kristine filie nostre de primo
matrimonio genite, Godefredi Vrederinck et
Palmanie heredum nostrorum de secundo matri-
monio genitorum, ceterorumque coheredum no-
strorum, rite et legitime vendidimus pro quin-
quaginta tribus marciis denariorum usualium in
Sofato, Ludbertum de Hemminchhusen, Wal-
burgim uxorem ejus et pueros eorundem Ger-
hardum

hardum de Eldinchusen, uxorem ejus legitimam et pueros eorundem Bertramum quoque fratrem Ludberti et Gerhardi fratrum predicatorum, homines nobis et nostris heredibus jam dictis jure servilis conditionis haec tenus pertinentes Religiosis in Christo Domino Preposito, prioriſſe et conventui Monasterii S. Walburgis extra muros Sofa, perpetuo poſſidendos sub omni conditione, qua nobis haec tenus conditi fuerant et affricti, verum quia dictæ pecunie ſumma nobis et heredibus nostris predictis tradita fit a dictis Preposito, Prioriſſe et conventu prefens ſcriptum ipiſi tradidimus ſigillo noſtro communitum. Datum anno Domini M.CCC. nono in die Philippi Iacobi Apoftolorum, prefentibus viris nobilibus Hermanno et Ludolpho Burgraviis in Stromberg, Godescalco et Wennemaro fratribus dictis Ekenſchede, Hartleyo Pyl, Randolpho Haken de caſtellaniſ in Marka, Bertoldo de Sofato, Brione dicto Drinketut, Conrado de Kokelshelm famulis, Henrico de Heringen opidano Suſcienſi, Wichmanno de Hervordia, Bertoldo de Hereborn, Syfrido de Brocke, Henrico de Eſlene et aliis pluribus fide dignis, videlicet Frederico de Hurde milite, Brunone de Boggene et Brunone Maken, Richardo ſacerdore, Alberto de Sancto Martino et Gerhardo de Bugge iudicio

(L. S.)

Num.

Num. III.

Nos Bernardus de Ludinchusen dictus Wulff miles, notum facimus tam presentibus quam futuris, quod de consensu domine Jotten conthorialis seu legitime nostre, filiorum nostrorum videlicet Henrici, Heydenrici et Bernardi, ac omnium aliorum heredum nostrorum bona voluntate, pro certa pecunie summa, nobis tradita et soluta, vendidimus rationabiliter discreto viro Johanni dicto Keyser opidano Susaciensi suisque veris heredibus ac coheredibus, homines nostros videlicet Walburgim viduam commorantem in bonis dicti Johannis tho Merekelinchusen et eius pueros videlicet Helenburgim, Elyzabet, Alheydum et Johannem, qui nobis fervili conditione astrieti fuerant, eodem iure perpetuo possidendos et habendos cum eorum rebus universis, et in hius rei testimonium sigillum nostrum una cum sigillo Henrici filii nostri prefati, presentibus est appensum, quod ego Henricus jam dictus, sub appensione sigilli mei testor totum fore verum. Testes hujus rei sunt Godfalcus van den Dome, Arnoldus Wenckte, Herbordus Make, Henricus de Heringen, Radolfus de Vlerike, Volewinus de Werle ac ceteri quam plures fide digni. Datum anno Domini M.C.CXX sexto in octava beati Stephani prothomartiris.

(L. S.)

(L. S.)

F

Num.

mam
trem
ho
jure
igior
e et
nuro
ione
richt
here
repor
ipis
atum
pi et
llibus
berg
is de
haken
Bar
sheln
Suf
do de
elice
oggen
libero
uidic

Num.

Num. IV.

Universis presentia visuris et audituris, non Randolphus dictus Hake castellanus in Marka et Elyzabeth uxor ejus legitima notum facimus et publice protestamur, quod de plena voluntate heredum nostrorum, videlicet Lamberti, Godfridi et Johannis, Palmanie, Gude et Elyzabet et aliorum heredum nostrorum pleno de confessu venditionis titulo manumittimus et donamus Preposito prioriſe et conventui sanctimonialium ecclesie S. Walburgis apud Sofatum Elyzabet uxorem hermanni dicti Riddere, Joannem et Elyzabet ipsius liberos servili conditione nobis attinentes pro tribus marciis et sex solidis denarioribus Sofati legalium, ita videlicet quod ipsi eo servitutis jugo, quo nobis astrinxunt, penitus liberi sint, et ad perpetuam servitudinem conventus predicti firmiter astringantur, hoc adiecto, quod dampna si qua dicta mulier, ante nostram hujusmodi venditionem et injuriose facta fuerint, ad nostram extorsionem et utilitatem nobis reservamus. In cuius rei testime- nium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini MCCCXXXI. ipso die Cecilie virginis.

(L. S.)

Num.

Num. V.

Ego Godefridus de Rudenberg famulus universis visuris et audituris ad quos presentes litere pervenirent cupio fore notum publice protendo, quod libero arbitrio maturo consilio voluntate bona, assensu et consensu pleno et perfecto Gotfridi, Arnoldi, Hermanni, Palmennie liberorum meorum, Hermanni fratris mei, Palmenie fororis mee et omnium aliorum heredum meorum iusto venditiois titulo vendidi perpetue honor, viro Domino Preposito et conventui Monasterii S. Walburgis extra muros Suscipientes Arnolum dictum Vresen, Sophiam uxorem eius michi servili conditione pertinentes, Fredericum, Syfadium, Johannem, Welant et Sophiam liberos orundem et omnia jura, que ad ipsos habui et abere potui pro decem marcis denariorū in usato usualium mihi a Domino Preposito prestito et conventu prefato numeratis, traditis integraliter et persolutis et istos vilicos preenuinatos Preposito et conventui predictis resignavi et in his presentibus litteris resigno similiter et o his penitus renunciavi et in his litteris renuncio et istorum predicatorum vilicorum, quanunque predictis Domino Praepositō et conventū ecclēsiae fuerit, vel quando a me a predictis resignatum fuerit, iustam et firmam prestabo ab omni impietatione warandiam, in hujus recognoscionis et venditionis testimonium ego Gotfridus de Rudenberg predictus pro me et liberis meis predictis sigillum meum presentibus est apponam, et ad maiorem efficacitatis evidentiā poni Hermannum fratrem meum et Wighardum Ense famulum, ut sigilla eorum una cum

F 2

figillo

figillo meo presentibus litteris apponenter, nos
videlicet Hermannus frater Gotfridi predicti et
Wighardus de Enfe famuli ob petitionem Got-
fridi predicti figilla nostra presentibus duximus
apponenda. Datum anno Domini MCCCXXXIV.
feria quarta proxima post Dominicam Cantate.

(L. S.)

(L. S.)

(L. S.)

Num. VI.

Ich her. hunold von Plettenbracht Ridder de
oldeste do kundich allen luden de dessen gegen-
wordigen brefe feit und horet lesen und berlige
offenbare in dessen brefe, dat ich mit vuilen
und mit vulbord Leneken miner echten vrouwe
hern hunoldes mines sones Ridders, und al
miner rechten erven hebbe vurkoft und vurkopft
in dessen breve Johann Patermanne wäbelen fine
echten vrouwen unde er kindere, de mine vul-
schuldich eygen waren, hern Engelbracht vle-
gen den Provefte van sunte walburge of we-
doffes breves is en helder mit finen willen vull
eyne summen geldes de my na minen vuilen
degere und al wol betalt is mit alsugedane
underchiede, dat ich of mine erven oft eymande
van unser wegen nu meir nyrhonde ansprake
of bede vormer an se kerken of doin solen,
hevet her Engelbracht vurgeſchreven my
minen erven und ok vve desses breves
helder is mit finen willen eyne ghena uns
der geven dat wy dese vurgenomede lude
mogen

mogen weder kopen bynnen desfen neysten
dren jaren alle dage vwoont uns ervent sunder er
weder sprake vor vyf mark penningt als tho
Soyst don ginge und gros fint, of dat alle desse
vorgeschrivene rede stede und vast bliven so
hebbich ghebeden minen sone here hunoldt
riddere dat de sin ingesegel mit den minen heb-
bet laten to orkunde und tho thuge an desfen
bref ghehangen, und ich her hunoldt von
Plethenbracht de junge en kenne under minen
ingesegel dat dit mit minem vvillen is gheschen
datum anno Dni MCCC quinquagesimo nono,
feria quarta post phylippi et Iacobi apostol.

(L. S.)

(L. S.)

Num. VII.

Ich Rotger Keteler tor Assen do kund allen
guden Luden und bekenne oppenbare in dussem
breyve vor my vor Diederiche unde Corde Ke-
telere myne Sone und vor all unsre rechten
erven aneruen und naomelinge dat ich Nolken
van Merkelnichusen Zeligen Henriches son de
myn egen vulschuldige man vintte her to ge-
vest is hebbe quyt und lois gelaten geve und
late ene myt wvetene und wvlien Herrn Gosvin
Ketelers Rittert mynes broders over mytz dus-
sen selven breve vrigh quyt ledich und los van
alleme egendome rechte tynse und ansprake alſe
ich sus lange an eme gehat hebbe unde vertigge
iner schlecht ut mynen handen, und ok fun-
derlik des rechten dat my und mynen erven ver-
ſchienen und vervallen mogte oftſt dusſe erge-
F. 2

nante Hinrich verstorve sunder testamente und
lyfferven, also dat he na dusser tyd mer myt all
syme gude dat he hevet unde hier namahls
krighet teyn mach varen vyven und
blyven oppe vvat stede und in vveliker heren
Lande dat he vvil und dar eme dat aller be-
quemelixt is he selves und alle de jene de val-
eme kommen dat ich unde myne erven eue nicht
anehinderen en solen noch en vwillen myt ner-
lege rechte geistlichen oder vvelischen wy-
selves off anders neymand van unsr vveegen
unde ich Rotger Keteler vurgl. love Henriche
vurgeroirt dusser vryginge unde quyt latinge
ope allen steden unde vor allen gerichten rechte
vulkommene vvarschop to donde vor alle den
jenen de des to rechte kommen vvillet vvan an
und vvu vaken eme des noit doit alse boven
unde beneden in dem Land vvonde und recht
is fonder drogene und ane alle argeliste unde
hebbe des to tuge der yvarheit myn ingesegel
vor my und myne erben an dusser breiff gehan-
gen, des ich Goswin Keteler Ritter vurgl. be-
kenne vor my und myne erben dat dusser vry-
ginge myt mynen vwillen und vvetene geschein
is und hebbet des tor merer Kuntichope myn
ingesegel mede an dusser breiff gehangen. Da-
tum anno Domini MCCCCLmo tertio crastino
Johann baptiste nativ.

(L. S.)

(L. S.)

Num.

Num. VIII.

W y Iudeke Wisselmann genant treppemecker
 und Johan Meynman Vicarii und nu der tydt
 provisores und Vervvarers der gemeynen Vicarien
 und altaristen in dem Dome to Munster
 doen kundt und bekennen openbaer in dussem
 breve vor uns und unsre Nakomelinge dat vvy
 to nuth und behoff der semptlichen gemeinen
 Vicarien hebt gedaaen und doet eyne rechte
 Wessle na Sede und vwoonte dus Landes myt
 Erbarn und Vesten Goesselen van Raesfelde unde
 Nefsen syner eliken Husfrouwen, und hebet em
 to Egendomsrechte gegeven und overgewyset
 Herman to Sunderhus Echte Sonne Johan Sundermans
 und Elsen syner echten Husfrouwen
 geboren van dem Erve ton Sunderhus belegen
 in dem Kerspell van Dulmen in der Burchapp
 to lofe de Tegen und vor Berndt Poeke Echte
 Sonne Gerd Poekes und Gretchen syner echten
 Husfrouwen geborn van Poeken Erve belegen
 in dem Kerspell van Haltern by der Capellen to
 Lanesthem, den vvy darvor, to behoff der ge-
 meynen vicarien, toe rechten Weddervveffel
 entfangen hebet so dat uns to beyden Syden
 daranne vval genogede und vvy Provisores
 vorgem. lovet vor uns, und unsre Nakomelinge
 den bemeldten Goesselen unde Nefsen eelinden und
 eren Erven des gemelten Hermans to varen und
 to stanen, vvo men eyner Wessle, na Sede
 und vwoonte dusse Lands, to rechte vwaren fall,
 so vaken des noit is funde argelyft, Urkunde
 der Warheydt so hebbe ik Johann Meynman
 Vicarius und provisor vorgem. myn ingefegell
 vor my, vor Henr. Ludeken mynen Gefellene

und
 t all
 nahls
 eren
 -be-
 van
 nicht
 ner-
 vvy
 egen
 riche
 inge-
 ecche-
 den
 an er
 oover
 recht
 unde
 segel
 han-
 . be
 vry-
 cheint
 myn
 Da-
 stino
 fide
 Num.
 und
 1000

und vor alle uns Nakomelinge an dussen Bress
gehangen des ich Ludeke Wisselman vorgem.
ume gebreck mynes egenen Segels hyr mede
to gebruke Datum anno Domini Millefimo quin-
gentesimo undecimo in vigilia Pasche.

Num. IX.

Ick Joest van Drechenn eynn verordent Rychter
to Ludynckhusen van wegenn Der werdigen
Erentflesten und Erbaren Herenn Domdeckenn
und Capittel der Domkerkenn to Munster und
des werdigen Herenn Wilhelm Valcken als
ein Inhaber des Hufes to Ludineckhusen etc.
doe kundt bekenne und betuge openbar inn das-
sem besegeldenn breve dat vor my inn einen da-
sunderickenn to gehegenn Gericthe myt Oer-
del unnd Rechte gespanener banck bekledet unnd
besettenn hadde gekomen und erschenenenn is
de Ersam Catrine vrygge geboren im Kerßpell
vann Lodineckhusenn und Brechtorper Burschap
vann des vryggen Have Johan Vriggenn und
Catrinenn syner elychnenn Husfruwenn echte
Dochter vryg echt und recht geboren vann
Vader und Moder als eine vrygge Persoene unnd
myt orenn gerichtlichen gekaren Mumbart Jo-
hann vriggenn orenn bruder bekanten aldar ge-
richtlichen ungedrungenn ungedwungen vor syck
unnd alle ore rechte ervenn also dat der Erent-
fleste und Erbaer Lambert van Oer to Kacke-
becke und fyne rechte Ervenn ein gutt hebbenn
liggenn im Kerßpell van Otmarsbockholte gehe-
ten Hemfinck an der Ketterinckheyde und ge-
dachte Catrine van dem vorgenompten Lambert
van Oer eine Stede begert dar gedachte Catrine

ver-

verhoppet ein Hues opte timmeren welcher Catrinen nicht vergundt kann werden se eine geve
 sick vor erft dem Erentfeisten unnd Erbarn Lambert van Oer und synen medebeschrevenn vul-
 schuldich ehegenn ock up vorgenampte Stedde syck nicht to veranderenn oder an einen verhil-
 leckenn deselvige sy dann Lambert van Oer vur-
 gem. inn egendomes rechten verbunden oder
 under om gevvefelt up dat dann vorgenompte
 Catrine sodane Hues und Kattenstede moge er-
 langenn hefft sy vor my Richter vurgem. myt
 orenn gekahrem Mumbart vurgem. syck under-
 worpenn unnd syck vulschuldich egenn gege-
 venn in hande Macht vver besyt und gevvalt des
 Ehrentfestenn unnd Erbarn Lambert van Oer
 und der Erbarenn und dogentfamenn Lutkenn
 vann Westerholte syner ehelichen Husfrouvven
 und orenn rechten erven. vvu vorgenompte Ca-
 trine dat am alderbestindigsten und krefftigsten
 in rechten doen konde oder mochte und hefft
 hyr vorth mede vortegenn und rechte vulenko-
 men Vortichnusse gedaen vor syck und alle ore
 rechte erven Alle erer angebahren Vryheit vor-
 pflichtinge und vortigende myt hande und mit
 munde ungedrunnen ungedwungen dan gans
 Vryvwillich und hefft vort mede vortegen in
 macht dusses breves alle gerechtigkeit und vry-
 heit vwelcke vryenn Luden gebordt to gebruk-
 kenn also dat syck gevelle dat Godt lange ver-
 haede dat dusse vorgenompte Catrine inn Godt
 vorsterve und afflyvych worde dat alsdan ones
 ervenn was nagelatenn gudes odder se wes up
 der Stedde vorworue nycht erfidelenn sollen
 dann de vorbenompte Lambert van Oer und syne
 mede beschrevene sollen und mogen velge-
 nompte Catrinen Erfidelenn. wu menn eynen
 F 5 egenn

egenn Menschen na gewohnheit dusses Landes gebordt to erffdelem und eyn erffgerichte dat aver halden alle duffe vrgem. Puncte und Artickell wu vrgem, hefft se stede faste und unverbrocken gelovet to halden und hefft dut vngem. mit erem gedane Ede bevestiget und vvgemaket funder alle Argelyst inn orkund der Warheit so hebbaeck Rychter vrgem. myn ingefegell van Gerichtswegen wytlickenn unnden an duffen Breff gehangen darby an und vuer vveren vor standgenotenn des Gerichts dar to gebeden de befcheden Johan Jelkemann Andres Arenhege und Johann Witschmans Frone und mer guder Lude genoch gegeven und geschen in denn Jaren na unsers Herren Christi Geburt vyftienhundert und Seftig denn derteind den Dag der Manadt Februarii.

Num. X.

Ich Hermannus Moddeman verordneter Richter der Herrschaft Ludinckhausen thu hiemit allermenniglichen kundt öffentlich bezeugend, daß vor mir und den zugeordneten Scheffen in Gerichtstatt khommen und erschienen ist, Anna Boickmanns natürliche und frei geborne Dochter Henrich Boickman und etwom Cathriuen Kobbings. Unnd hat zur stund gedachte Anna principaligh vor sich selbst und ire Erben neben ermeldten ihrem Vater und dem Ernhafften Johann von Beveren ihren gekornnen und zugelassenen Mumbar alda zugegen, freiwilligh und mit vorgehabten Bedenken und consent anderer ihrer Annen negligen Verwandten bekannt,

daß

das sie die itzermelte Anna ihr Leib, haab und
 gutt, mit welchen sie an Herman Overwellingen
 ehelich bestattet, und auff des Edlen und Eh-
 renvesten Lamberts von Oer zu Kakefsbeck gutt,
 welchs durch ermelten Overwellingen unlangs
 pachtweiss gevunnen, gebracht, und vveis sie
 darzu mit einander künftiglich gewinnen und
 verberen mugen, sonder underscheidt, in vull-
 schuldigen eigendoms gehorcam und dienstbar-
 keit gedachtes Lamberts von Oer Jutten seiner
 ehelichen Huisfraven und iren Erben, in der
 allerbesten und tugendligsten vveisen, vvegen
 und gevronheiten so sie zu Recht thuen und
 sunst beständigst geschehen kund oder müchte,
 ergeben, sich verpflichtet und eingelaßen hatte,
 wie sie sich auch ergiebt, verpflichtet und ein-
 lasset gegenwärtiglich in Macht dieses Briefs,
 und verlaeslet derhalben und begibt sich aller
 freyheit und exemption, so sie bishero gehabt
 und haette geniesen können oder mugen, Daruff
 zu handen meines Richters, fulchs neben gedachten
 iren Vater und Mumbar, wie sittlich,
 siipulirendt mit handt und mundt zun ewigen
 tagen unwiederrüchlich verzichend und volnkhomen
 ausgangk thuendt, Also das gedachter
 von Oer und seine mitbeftimpfte nunmehr sie die
 obgedachte Annen vor ihre Vulschuldige eigen-
 horige Magt, gleich und nicht anders, ob sie
 urprünglich ire angeborne Vulschuldige eigene
 Magt geweßt vvehre, nennen, halten, achten,
 gebrauchen, nutzen, wesselen, verweßelen, ir
 gebeiden, verbeiden, bodden, wiederumb frei
 lassen und erbdeilen, vort sunst alles und iedes
 mit ihr handeln, thuen und lassen mögen, was
 ein ieder Her mit seinen eigenen Leutten zu
 rechte und sunst nach dieses Landts gewohn-
 heit

heit und gebrauch zu schaffen, handlen zu thun
und zu lassen mogig und mechtig ist. Und ge-
lobte vort gemelte Anna mit ihrem obgem. Va-
ther und Mubar ehegemeldten Lambert van
Oer und seinen mitbeschrev. als deren eigene
